

Petri hispani

Folio cxiiii

125

Ratio ordinis est. quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. sed locus extrinsecus et locus intrinsecus sunt oppositi. ergo pater ordo. Alia causa est. quia mediocris locus pater capit a loco intrinsecus. et partem a loco extrinsecus. ergo oportet prius scire quid sit locus intrinsecus. et quid extrinsecus. eo quod medium cognoscit per participationem suorum extremorum. Et primo excusat se de diffinitione loci intrinseci eo quod dicta est. Secundo dicitur quod uidet ipsum in septem locos ut patet hic in textu. Et primo determinat de loco ab oppositis qui veriori modo participat naturam loci extrinseci. Et est locus ab oppositis habitudo unius oppositorum ad aliud. Prius ergo dicitur de oppositis dicens. oppositorum quatuor sunt species. scilicet. relatiua. contrarietas. punitio. et contradictio quare. species sufficientia gratia in postposita dicitur.

¶ De speciebus oppositis determinat in primo tractatu et in postposita dicitur. Non debet hic determinari de eis. Dicitur quod non est inconueniens quod unum et idem determinet in diuersis locis differenter secundum diuersas rationes. Oppositio enim capitur dupliciter uno modo per absolutam oppositionem simplicium terminorum. scilicet per repugnantiam duorum extremorum non permittentium se simul in eodem respectu eiusdem. et de illa agitur in postposita dicitur. Alio modo capitur per oppositionem positionum. ut est repugnantia duarum positionum categoricarum utroque termino participantium secundum eundem ordinem. et sic de oppositione determinat in primo tractatu. Et hic determinat de oppositione pura in speciebus ipsius oppositis primo modo fundant loci dialectici.

¶ Nullus est locus ab oppositis. ergo hic male determinat de ipsis. Si non probatur. quod in omni loco dialectico terminus inferens debet inferre terminum illatum. sed unum oppositorum non inferre aliud sed potius ipsum destruit. Dicitur quod unum oppositorum non inferre aliud affirmatiue. nisi bene negatiue. eo quod unum includit negationem alterius. id est posito uno in aliquo subiecto destruit reliquum respectu eiusdem subiecti.

¶ Propositio affirmatiua non inferre negatiua. quia non sequitur. homo currit. animal non currit. ergo unum oppositorum in propositione affirmatiua non inferre aliud in propositione negatiua. Dicitur quod propositio affirmatiua formaliter non inferre negatiua. tamen bene materialiter. scilicet per terminos ibi positos. quorum scilicet unum includit negationem alterius. quod non fit in proprio argumento.

¶ Relatiue opposita sunt. quorum alterum sine altero non potest esse. Locus a relatiuis est habitudo unius relatiuorum ad aliud. Et est constructiuus et destructiuus. Constructiuus sic. pater est ergo filius est. et filius est ergo pater est. Locus a relatiuis Maxima. Remoto uno relatiuorum remouetur et reliquum. Locus uero a relatiuis oppositis tenet solum destructiuus sic. sortes est pater platonis. ergo non est filius eius.

Hic plequitur membra istius diuisionis. Et primo primum dicens. Relatiue opposita sunt que posita se ponunt. et pempta se perimunt. quia alterum sine altero esse non potest. ut pater et filius qui capiuntur formaliter.

Sed locus a relatiuis est habitudo relatiui ad suum correlatiu. Et tenet constructiuus et destructiuus ut habet in libro uideri. Et non est idem locus a relatiuis et a relatiue oppositis. quia sunt alie maxime in loco a relatiuis et in loco a relatiue oppositis.

¶ Quando est locus a relatiuis et quando est locus a relatiue oppositis. Dicitur quod relatiua capiuntur dupliciter. uno modo quo ad concomitantiam que inter ipsa reperitur quantum ad esse. et sic ab eis sumitur locus a relatiuis. Alio modo considerantur quo ad repugnantiam quam habent inter se quo ad inesse alicui subiecto respectu eiusdem. et sic ab eis sumitur locus a relatiue oppositis.

¶ Non sequitur. pater est sapiens. ergo filius est sapiens. Dicitur quod locus a relatiuis non tenet respectu est ut predicat tercia adiacens. sed solum ut predicat secundum adiacens. nisi argueret in predicamentis. ut pater est aial rationale. filius est aial rationale. Et quando dicitur. non sequitur. pater petri est. ergo filius petri est. Dicitur quod hic non arguitur a relatiuis uo ad suum correlatiu. quia pater absolute habet per suo correlatiu filium captum absolute. et non cum determinatione.

¶ Non sequitur. iohannes est pater hominis. ergo iohannes non est filius hominis. et non arguitur destructiuus a relatiue oppositis. Dicitur quod oportet arguere a subiecto determinato. et ergo destruit sic arguit. iohannes est pater hominis. ergo non est filius eiusdem hominis. Et quando dicitur. non sequitur. sortes est similis platonis. ergo non est similis eidem. Dicitur quod in loco a relatiue oppositis non debet argui in relatiuis eparantice. sicut fit hic.

¶ Contrarietas est contrarietatis oppositio. ut albi et nigri. Contrarietatis quedam sunt mediata ut album et nigrum. inter que sunt medii colores. Quedam uero immediata ut sanum et egrum circa anima. Locus a contrariis est habitudo unius contrarietatis ad reliquum et tenet constructiuus et destructiuus. Constructiuus sic. hoc animal est sanum ergo non est egrum. Locus a contrariis Maxima. Posito uno contrarietatis remouetur et reliquum. Destructiuus tenet tamen in contrariis immediatis cum constantia subiecti. ut hoc animal non est sanum. ergo est egrum. Locus a contrariis intermediis. Maxima. Remoto uno contrarietatis immediate oppositorum. ponit reliquum subiecto manente.

Hic consequenter determinat de loco a contrariis. et primo ostendit quid sit contrarietas dicens. quod est contrarietatis oppositio. ut albi et nigri. Secundo diuidit contrarietas in mediatam et in immediatam. Et ratio illius est. quia non sumitur idem locus in contrariis mediatis et in intermediis. In contrariis mediatis sunt quorum non est necesse alterum sine subiecto susceptibile. ut album nigrum. Sed contraria immediata sunt. quorum est necesse alterum

Relatiue opposita sunt. quorum alterum sine altero non potest esse. Locus a relatiuis est habitudo unius relatiuorum ad aliud. Et est constructiuus et destructiuus. Constructiuus sic. pater est ergo filius est. et filius est ergo pater est. Locus a relatiuis Maxima. Remoto uno relatiuorum remouetur et reliquum. Locus uero a relatiuis oppositis tenet solum destructiuus sic. sortes est pater platonis. ergo non est filius eius.

Relatiue opposita sunt. quorum alterum sine altero non potest esse. Locus a relatiuis est habitudo unius relatiuorum ad aliud. Et est constructiuus et destructiuus. Constructiuus sic. pater est ergo filius est. et filius est ergo pater est. Locus a relatiuis Maxima. Remoto uno relatiuorum remouetur et reliquum. Locus uero a relatiuis oppositis tenet solum destructiuus sic. sortes est pater platonis. ergo non est filius eius.